3510 Bonae deae | Arcensi triumphal. | Valeria Amaryllis | v. s. l. a.

Massae prope Albam Fucentem rep., tabella aenea (Eph. ep. 8, 183 Ihm vidit ectypum).

3511 C. Tullius Hesper | et Tullia Restituta | Bonáe deae Annia|nensi sanctissim. | donum | posuerunt.

Romae olim, nunc Londinii (VI 69 cf. Eph. ep. 4, 722 vidit Huebner).

3512 Bonae deae sanctissimae | caelesti L. Paquedius Festus, | redemptor operum Caesar.[1] | et puplicorum, aedem diritam | refecit, quod adiutorio eius | rivom aquae Claudiae August.[2] | sub monte Aeflano[3] consumma|vit, imp. Domit. Caesar. Aug. Germ. XIIII cos., V non. Iul.[4]

Olim in vico S. Gregorii inter Tibur et Praeneste, quo adlata esse dicebatur ex monte S. Angeli sito inter vicum illum et Tibur (XIV 3530 partem Romae vidit Bormann). — 1) *Caesaris (vel Caesarianorum).* — 2) *Cf. supra N. 218.* — 3) *Aefulam oppidum, a quo nomen sine dubio habuit mons Aeflanus, memorant Horat. carm. 3, 29, 6 et Liv. 26, 9, 9 (cf. CIL. l. c.).* — 4) *3 Iul. 88.*

3513 Felix publicus | Asinianus pontific.[1] | Bonae deae agresti Felicu.[2] | votum solvit iunicem[3] alba *(sic)* | libens animo ob luminibus | restitutis, derelictus a medicis post | menses decem bineficio *(sic)* dominaes medicinis sanatus per | eam. Restituta omnia ministerio Canniae Fortunatae.

Romae, rep. ut videtur ad lapidem tertiae viae Ostiensis (VI 68 vidit Henzen). — 1) *Pontificum. Servus publicus fuerat a sacris pontificalibus.* — 2) *Fortasse: Feliculae, ut nomen Felix indiderit Bonae deae a nomine suo.* — 3) *Cf. infra N. 3824.*

3514 Bonae deae | Hygiae.

Romae, basis statuae parvae mulieris sedentis, cuius pars superior periit (VI 72 vidit Henzen).

3515 Bonae deae Veneri Cnidiae | D. Iunius Annianus Hymenaeus et invicta spira [*P*]haedimiana[1].

Romae olim, nunc Oxonii (VI 76 vidit Huebner). — 1) et haedimiana *legit Huebner cum plerisque. Spirae sodalicia Bacchica dicta (cf. supra N. 3367. 3369. 3370, item infra inter numinum Thracicorum titulos), sed etiam aliorum deorum (N. 3270), Phaedimiana haec spira appellata fortasse a conditore, ut supra N. 3366 thiasus Placidianus. Spirae mentio in dedicatione donarii adiuncta ad nomen hominis est etiam supra N. 3270 (Mommseno videtur retinendum* et, *et intellegendae duae spirae, invicta et Phaedimiana).*

3516 Bonae deae | et Panthaeo *(sic)*, | Diane, Silvana|bus[1], | G. Iul. Valens | praef. leg. II Adi. | ....[2] | p. f. ex voto.

Aquinci rep. (III S. 10394 vidit Domaszewski). — 1) *Cf. infra N. 3571 seq.* — 1) *Erasum agnomen legioni in honorem imperatoris impositum.*

3517 collegium | cultorum | Bonae deae | caelestis.

Venafri (X 4849 fortasse semel tantum descripta).

archive.org